Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala.
Et quis est qui nobis nocere si bonemulatores fueritis. Sed et
si quid patimini propter iustitiam beati. Timorem autem eorum ne timueritis et non
conturbemini. Dominum autem christum sanctificate in cordibus vestris. Gr.
Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum ex
audi preces seruorum tuorum. Alla ℣. Inuocauit dominum et exaudiuit eum et de omnibus
tribulationibus eius liberauit eum. Ewa. Qui
turbe irruerent ad iesum. Sex. Clvij. Off. Benedicam do
mino qui tribuit mihi intellectum. Providebam dominum in conspectu meo semper quoniam a dextris est mihi ne commouear.
Secre. Oblationibus domine quas placare suscepisti et adhuc mas eccle
rebelles compelle voluntates. Per. Com. Vnam petii a domino hanc
requiram ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Cpl. Mysteria
nos domine sancta purificet et suo munere tueantur. Per. Dominica. Vij.
Omnipotens fortitudo plebis sue et protector salutarium christi sum et
saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue et rege eos usque in
seculum. ℣. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me. Alla. Deus
qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti infunde cordibus nostris tui
amoris affectum ut te in omnibus et super omnia diligentes promissiones tuas que
omne desiderium superant consequamur. Per. Ad Romanos
Fratres. Quicumque baptizati sumus in xpo ihu in morte ipsius
baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum
in mortem ut quomodo xpc surrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in
nouitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini
mortis eius simul et erimus et simus. hoc scientes quia uetus homo
noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati ut ultra non seruiamus
peccato. Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato. Si autem mortui
sumus cum xpo credimus quia simul etiam uiuemus cum ipso scientes